

fortitudine ut ducalium dignitate reverfus ab Italia Rex per-  
A romarit. Huic frater fuit Amelungus, Verdenfis Epifcopus.  
Cranz, lib. 3. Metrop. cap. 19.

JOANN. Comes Hoflatie in Vagria, confiderans ab arce Li-  
non in finibus inferioris Saxonie fita (femel, ac iterum everfa,  
fed femper infaurata) multa defignari latrocinia per publica  
itineraria in mercatoribus, intra praelatas urbes Lubicum, Ham-  
burgum, ac Lunenburgum: arce extruxit in loco Tritove,  
non longe à Bilena fluvio defluente, limitemque faciente utri-  
que ditioni, Saxonie, ac Hoflatie. Locus, in quo funda-  
batur, juris erat religioforum in Reinfelde: fed comes com-  
penfatione facta, monafterio tantundem alibi rependit adscri-  
bens de fuo villas Arusfelde, & Voldeborna juribus mona-  
fterii memorati. Et tamen malum ferunt esse loci fatum, ge-  
niumque peffimum, ut nihil ibi gignatur membris omnibus  
incolumem, ab homine ufque ad cicures beftias. Cranz, lib. 9.  
Sax. cap. 14.

CONSTITUERANT SAXONIE Principes, & nobiles,  
jurarantque pacem inter fe circa annum Sal. 1386. & latrociniiis  
omnibus fevere interdixerant. Unus ex iis cum eam violaflet.  
THEODERICUS de Veringrode Comes, vocatus à quibusdam  
B eorum, qui executionis mandatum à ceteris haberent, ab  
Alberto fcilicet de Querforde Comite, Archiepifcopo Magde-  
burgenfi, Othone Duce de Leyna, Henrico de Hoften  
Comite, ceterisque Comitibus, & nobilibus accufante Buf-  
fone de Regenfeen Comite, fufpendio condemnatus est.  
Sententia dicta evocatur ex militaribus ejus quendam, quem  
precepto adegerunt, ut primum capiti ejus vulnus inflige-  
rent. Paruit ille fub honore fuo admonitus: mox circumflan-  
tes gladiis cum fuis confixerunt. Inde frano equi alligatum  
fufpendio vitam finiffle fimularunt. Cranz, libro 10. Saxo  
cap. 7.

FRIDERICUS Brandeburgenf. Marchio, fub Roberto Imp.  
ad interiora Marchie arcem Plane latronum receptaculum  
cum fax illis occupavit. Cranz, lib. 10. Saxo. cap. 28.

HENRICUS Dux Lunenburgenf. ut vin, & improbitatem la-  
trocinantium excluderet, de minimo quoque ftatuebat exem-  
pla. Præfectus arci Tzelle, vir induftrius, cum iret properè  
Lunenburgum, adventuro principi paraturus neceffaria: ven-  
tus aqualonaris moleftus erat tenuiter (ut folent militares) in-  
duto. Vidit obiter veftem arantis rufciti, & canque accipiens  
C promiffit fe reddidurum cum rediret, agricola multum licet  
reclamante. Post non multas horas fequutus dux reperit stan-  
tem in via hominem de fua veftè querentem, & dicentem,  
Quid eft, optime princeps, quod publicos infidiatores via-  
rum persequeris, ipfe tua arcis præfectus jam præteritis, veftem  
mihi abftulit pauperi, & (ut vides) argenti fub brumam.  
Dux tacitus fecum rem perpendit, & rebus in oppido expeditis  
regreffus, juffit adefe præfectum: Cur, inquit, pauperi  
reclamanti veftem abftulifti? Tuo ministerio persequor hos-  
tes publicos: & tu es, qui non minora illis in meos patrafti.  
Multa parantem in fui purgationem dicere, equi detracto ca-  
piftro alligatum in ardore appendi juffit. Cranz, lib. 10. Sax.  
cap. 30.

Principes Saxonie OTHO de Luneburgo cum FRIDERICO  
fratre, HENRICO de Brunfco, & WILHELMUS frater ejus,  
OTHO de Leyna duces, confpirarunt in Comitum de Speil-  
berg, publicum omnium itinerantium hoftem: qui nullis  
parceret, fed fine difcrimine itinera teneret impacata. Arces  
ejus Hachemole, & Harmelund expugnarunt. Comes ar-  
mis aditus Archiepifcopi Colonienfis, Jon. de Hoya Comi-  
tis, & de Lipia Domini, terras Ducum invafit, & prædas e-  
D git cum incendiis. Wilhelmus Dux contendit in terram de  
Hoya, arcemque Barenborg expugnavit. Cranz, lib. 11. Sax.  
cap. 24.

Friforum aliquot naves fub specie expeditionis Hollandie  
piraticam exercere folitorum, Hamburgenfes ceperant non  
admodum repugnantes, quod illis periculum vite in ea effe  
captivitate non formidarent. Capti feptuaginta quatuor, acu-  
culati in judicio, quod publicæ navigationis inimici incurfa-  
rent omnes præterentes: Friforum Ducum juffu bella hofti-  
bus intuliffe, à ceteris abftiniffe funt teftati. Cum nemo effet  
qui accufaret, ab longinqua urbe producit navita, qui fibi  
adeptum vas non magnum, ferreis clavibus plenum vilis precii  
afferbat, cujus prætextu plexi fuerunt omnes gladio. Cranz,  
lib. 13. Sax. cap. 14.

Deprehenfi erant in MERICA latrocinantes, & infidiantes  
tranfeuntibus: de quibus jam ultimo fupplicio condemnatis,  
cum penam fumere carnifices CANUTI Obotritorum Rex à  
LOTHARIO Imp. dictus juffiffet, ex medio damnatorum grege

quidam proclamat, effe fe de principis Canuti cognatione, ju-  
re fanguinis impunitatem, & vitam depofcens. Tum ille: Co-  
gnato (inquit) noftro, ut honorat fit, fublimiorem parare  
eruent. Cranz, lib. 3. Vand. cap. 31.

Cum civis LUBICENSIS apud Ducem inferioris Saxonie fa-  
pe quereretur de latrocinis illatis: Dux autem vel non pof-  
fiet, vel non fatis attenderet eam rem avertere: ope principum  
Magnopolenfium duxerunt, Raceburgum Dux fubmilis o-  
ratoribus. fi qui in fua ditione manerent, quorum comperiffent  
maleficia, in eos ut animadverterent, permiffit. Ergo nota  
latronum receptacula Walrou, Klocktorpe, Karlou, Moftin,  
Dufou, Slaveckeforp, Linou, & Nannendorpe, funditus  
everterunt. Cranz, lib. 7. Vand. cap. 41.

ERICUS Dux Saxonie, militiae fuz præfectum Harduicum  
Ritzerou cum equeftri Lubicenfium turma mife in terram  
Vittenburgenfem: ibique fubverti mandavit munitiones re-  
ceptatrices latronulorum, præfertim ea, quæ dicebatur Nyen-  
kerke. Multos ibi repererunt vindctos miferabiliter mercato-  
res: quos itineribus extractos, improbi ut emurgerent arca,  
ibi tenerant. Præfidia erant alius quoque locis, eadem infam-  
ia conperfa, Teflin, Kennin, Keiflin, omnia dejefta. F  
Cranz, lib. 8. Vand. cap. 30.

LUBICENSIS, cum nullus effet finis latrociniorum in viis  
publicis, Ducem Magnopolenfem ALBERTUM interpellarunt,  
ut ejus permiffu, & auxilio latrones persequi, & finiret,  
& curaret: Ille junxit arma civibus, & everfa funt latro-  
num illa latibula, Dufou, Lafou, Radevin, Dominize, Mey-  
enberg, Muggenborg. Post etiam Gorlofe, & Stavenau,  
Quotquot vero in his deprehenderunt criminum reos, mox  
ultimo affecto fupplicio, appenderunt in vicinas arbores.  
Cranz, lib. 8. Vand. cap. 33.

HENRICUS Magnopolenfis Dux, Alberti Danorum  
Regis pater, tanto infectatus effe odio publicorum itinerum  
latrones, ut nulli deferens nobilitati, quotquot ejus culpæ  
deprehendiffet affines, nullius ufus minifterio, nec expec-  
tata ad expurgandum conscientiam opportunitate, didi-  
tans, Quando illum pœnitent, meliori nunc morietur exitu,  
quam fi in confiftu à mercatoribus cafus periffet, ipfe  
fuis manibus ligabat jugulandos. Unde improbi Ducem il-  
lum jugulatore, five fufpenforem appellaverit. Cranzius lib.  
9. Vand. cap. 8.

Ann. 1385. civis Lubicenfis cum ALBERTO Magnopolenfi G  
principe foedus iniere, ad persequendos publicorum itinerum  
vaftrates, jundifque Vifnarienfium, Rofthochenfiumque ar-  
mis, latibula furum, & quos affines culpæ cognoverunt, fub-  
ruentes, everterunt, Storzou, Gemerou, Prensborg, Trutzem,  
Redem: fed nunquam poterant tam acerbis odiis à quovis  
infectari, ut ftirpibus vellenterent: hoc celum, hoc terra  
fuggerit. Cranz, lib. 9. Vand. cap. 12.

In VANDALLIA, arces Wulfrou, Mefekou, Mankemoefz,  
Kummerlofz tartarea, & latrociniiis digna nomina, quæ ex  
veteri Vandalico remanferant, ab ALBERTO Rege Suevie, in  
focietatem ejus expeditionis Laurentio Vandalia principe e-  
vocato, everfa funt. Cranz, lib. 9. Vand. cap. 39.

Intet multa HAMBURGENSIS urbis præclara facinora hoc  
vel præcipuum effe, quod incredibili odio infectatur piratas.  
Quippe nauticus populus, nifi incolumem per maria inveniat  
navigationem, queftu fuo magna ex parte fraudatur: quocir-  
ca armis insequitur mare tenentes infectum. Cranzius lib. 10.  
Vand. cap. 6.

Cum in GERMANIA paffim civis nobilitatem accufarent,  
quod per speciem militiae, latrocinia exercerent: bellum pro-  
egeffat, vel libidine quifque fua civibus indicendo, illofque H  
in captivitate abducendo, aut fidem illorum hac lege af-  
tingendo, ut fe certo, & conftituto loco cum ingenti pec-  
unia fitterent, à Carolo IV. Imp. Norimbergæ factum effe  
contra omnes tales, qui juris cognitione neglecta, ad focietatem  
malefici confpiraffent, tanquam contra graffatores capi-  
tale edictum, in quo difcretè adfcriptum: Nemini fidem datam  
in bello, nifi juffo, & legitimo hofti, confervandam effe.  
Dubrau, lib. 22.

HERALDUS Cathaneffz THANUS, & Orcadum Comes,  
graflatorum Dux, à Gulielmo Scotorum Rege comprehen-  
fus, oculis prius erutis (quod ipfum Epifcopo Cathaneffz  
prius fecerat) ac reftibus excedis, in cruce ftrangulatus effe.  
Cunctis infuper ftirpis ejus maribus vifilla adempta regis juffu  
funt, ut hominis unitas arate velleffis ille fanguis extingue-  
retur. H. Boetius lib. 13.

ULADISLAUS Hungarie, & Boemie Rex, ad coercedos  
graflatores, edicto promulgavit, ut cultibet liceret in cujufvis  
fun-

fundo latroni manifefato liberè manus iniicere, illumque ad  
A fupplicium pettrahere. Dubr. lib. 32.

VENEFICIO.

Rome præfectus urbis APRONIANUS fub VALENTINIANO  
I. feveris, quam moris erat, quæftiones de veneno exer-  
cuit, multifque fupplicio affectis, crudelior, quam juftior,  
vifus effe. Hilarius auriga confectus, fe filium veneficio cui-  
dam ad difcenda quædam occultiora, & lege verita tradidiffet,  
damatus: cum laxius retinente carnifice elapfus in Ecclefiam  
confugiffet, illico extractus, defefta cervice, peremptus  
effe. Senator autem quidam, cum fervum suum eadem difci-  
plina imbuendum curaffe convictus effet, fupplicium pecunia  
grandi redemit. Sig. lib. 7. Imp. occid.

INJUSTA DAMNATIONE.

LEVIUS Salinator, cum invidia peculatus reus omnibus  
tribus, excepta Metia, condemnatus, in voluntarium  
exilium vififfet, & urgente Italiani Hannibale revocatus, &  
in confilium creatus effet: postmodum cenfor cum Claudio  
Netone, omnes tribus, & excepta Metia, ararias reliquit,  
fufpendio privavit, eo quod prius eum injuffe condemnaffent.  
B Liv. lib. 29.

SECLERUM IMPUNITATE.

INJUSTA CLEMENTIA.

Magna feveritate undecim tribus ISRAELITARUM violatz  
pudicitie, in Levitæ cujufdam uxore, injuriam vindicarent.  
Nam cum is iter faceret cum uxore, nox eum comprehendit,  
ita ut in urbe Gabaa fubfiftere cogetur. Ea autem una ur-  
bium erat ex tribu Benjamin. Illic violata ejus uxor, dolore,  
pudoreque fimul tanti dedecoris oppreffa effe, atque ea ipfa  
nocte vitam egit. Vir autem corpus ejus in duodecim divi-  
fi partes, & ad fingulas tribus fingulis miffis partibus, ora-  
vit, ut illarum dedecus ulcifcerentur. Congregate undecim  
tribus, ad Gabaoitis miferunt, ut auctores fecleris pena  
afficerent. Qui neglecta undecim tribum legatione, ultrò  
arma intulerunt: His undecim tribus à Benjaminis acie fupate,  
de fuorum numero fax, & triginta millia defiderarunt.  
Tandem majoribus viribus bellum reparantes, occifione eam  
tribum deleverunt, ut è fax & viginth millibus (ad quem nu-  
merum Benjaminite atcedebant) foli fexcenti fuga falutem fi-  
bi pepererint. Gabaa urbem fuociferentur, decreto edito,  
C Ne undecim tribus in pofterum cum eorum aliquo, qui ex  
acie effugerant, affiniatem jurerent. Hac autem cum ad-  
verfus Gabaa emiffent, arma in Galaaditidem tranflerunt:  
atque illis Jabitis peremerunt, quod juffi cum  
ipsis tribubus arma capere, recufaffent: morte dignos  
eos cenfentes, qui violatam contribulis fuz pudicitiam  
neglexiffent. Eug. lib. 6. cap. 2. & Sab. lib. 4. cap. 4.  
ex Jud. 20.

Fuit Rome CATULUS primæ autoritatis, ac tunc Cen-  
for. Hic perterrita ad Catonem, qui tunc, queftura fun-  
gebatur, ut interpellaret eum pro quodam, cui multam il-  
le dixerat, atque accuratis precibus inffitit, quod crepit  
Catonis ftomachus, ut diceret: Turpe tibi erit, Catule,  
Cenfori difcedere hinc nolenti, fi ab accenis abftripare. Ibi  
fuffufus robore Catulus, ac firmens, abiit. Plur. de Im-  
mod. verer.

Miferat Romam legatos LAURENTINA civitas, funtque  
hi contra jus gentium violati à T. TATI necelfariis. Regna-  
vit cum Romulo. Miffi funt inde, qui res more majo-  
rum repeterent, ut fontes ad fupplicium deducerent. Va-  
luit plus gratia apud Tatum, quam jura deberentur. Val-  
D que legati re infecta juffi terro abire. Proficifcuntur nec mul-  
to poft Romani reges ad folemne facrum Lavinium. Hic  
Laurentes ambos adorti, Romulum, quia auctor fuerat  
injuriæ vindicande, vel juffum incolumem dimiferunt:  
Tatum regi confortem publicitus trucidarunt, ut ty-  
rannum, & humani juris contemptorem. Sab. lib. 8.  
cap. 4.

INGRATITUDE.

AMISODARUS, ut ajunt, quem ISARAM appellat Lycii, ex  
Lyciorum colonia apud Zeliam, piraticam exercebat. Claffi  
præerat magnus quidem bello vir, ac crudelis, fevufque, Chi-  
martus. Navi, quæ vehebatur, fignum ex proa leo, draco ex  
puppi erat. Multas Lyciis clades inferbat, ut in feftum navi-  
gantium effet, mare defereque oppida maritima cultores co-  
gerent. Quem cum Bellerophonfes fugientem Pegafos fecutus  
interemiffet, infuper eieciffet Amazonas: nullus ei habitus  
effe honos, fed fuit ingrattiffimus adversus eum Jobates. Quare  
mare ingreffus, Neptunum, ut fterilem illi, & infrugiterum  
agrum faceret, effe precatus. Fluctus inflati agrum inundarunt,  
G

fequenfe tumidum mare, & fuper campos effufum, triffe  
edidit fpectaculum. Cum virorum preces apud Bellerophontem,  
ut flutum fifferet, nihil valerent: obtulerunt fe ei fciffis  
E tunicis mulieres. Quarum vetercundia recedente illo, undas  
fimul ferunt fe recepiffe. Alii, quo colorem aliquem concil-  
lient fabule, non imprecationibus inductum ab eo pelagus,  
fed fuiffe pinguiffimos campos æquore demiffiores, qui pro  
obice objectum in litore aggerem Bellerophontem ajunt inter-  
fcidiffe, ita vi irrumptus falli agrum coopertum. Sunt, qui  
fabulofam Chimaram montem ferant effe foli objectum, ac  
reflexus reddere, & ardores in monte graves, torridosque, quo-  
rum afflatu marcefcere per arua fruges: Re Bellerophontem  
animadverfa, qua parte rupes molliffima erat, & Solis ardo-  
rem retorquebat, abfcidiffe, Lyciorum offenfum ingrati-  
tudine, cum fe convertiffet ad fumendam de eis vindictam, miti-  
gatam à feminis fuiffe. Propior fidem caufa effe, quam tertio  
de Heraclea libro tradidit Nymphis. Bellerophontem, cum  
nullam ei gratiam, quod aprum in eorum finibus in feftum  
animantibus, & frugibus occidiffet, referrent Xanthii: dita apud  
Neptunum Xanthiis imprecatum effe, falfumque humo-  
rem extemplo totum agrum agrum exudaffe. Unde, cum red-  
dit terra effet amara, fterilem factum: donec feminarum hono-  
ris caufa deprecantium Neptuni iram placaffet precibus. F  
Quare lege apud Xanthios cautum fuit, ne à patre, fed à mate  
tre nomina forirentur. Plur. de Virt. mul.

SEVERITAS RESPECTU MODI

considerata.

RATIONE HABITA

MOTUS IPSIUS, ET

HUJUS VEL

INTERNI, QUATENUS

irafcuntur.

ZENO apud Laertium, cum maledictis laceffitus incande-  
feceret, reprehensus, quod philofophus verbis improborum  
commoveretur: Si convitia, inquit, æquo animo admiffor, ne  
laudes quidem fentiam. Lapidis effe, non fentire difcrimen in-  
ter laudantem, & vituperantem: fed viri boni, & prudentis  
effe, non ita commoveri, ut ab honefto recedat.

EXTERNI, QUATENUS

decore

CAPTANT VINDICTAM. ET VEL

Voto.

ORESTES, cupiens ulcifci Menelaum patrum, quod in pe-  
riculo fe defeciffet, apud Eurip. in Orefte, fic ait: Ego vero  
omnino exipans animam meam, faciens quiddam cupio in  
meos inimicos mori: ut viciffim perdam eos, qui me perdidit:  
ingemifcant vero, qui & me fecerunt miferum.

DARIUS Perfaram Rex, ut ei nunciatum effe Sardes captas,  
incenfaque ab Athenienfibus, atque Jonibus, & hujus compa-  
randæ claffis fuiffe auctorem Ariftagoram Milefium: fertur,  
cum primum hac exaudivit, dixiffe, Jones nihil fciffice: pro-  
bet fcians non fuiffe illos præ contemptu fui rebellaturos: dein-  
de interrogaffe, Quinam effent Athenienfes? Id cum audiffet,  
tum acum popofiffice, eoque fumpto lagittam, quam impo-  
fuerat, in cœlum excuffiffice, & dixiffe. O Jupiter, contingat  
mihi, ut Athenienfes ulcifcar. Atque hac locutus, cuidam fa-  
mulorum præcepit, ut fibi femper appofita cœna ter diceret:  
Here, memento Athenienfium. Herod. lib. 5.

Bias ad flagitiofum quempiam, Verificat, non, ne pe-  
nas pendat, fed ne ipfe non afpiciat. Plur. de Tarda Dei H  
vindicta.

ANACREON Tejus cum in Pannonium foro ex occurrif nutri-  
cem cum infante temulentus vexaffet, fuperque probris in-  
fantem inceffiffiffet. Mulier nil aliud quam Deum fertur com-  
precata, ut contumelias in laudibus dilueret quandoque. An-  
nuit votis Deus: namque infans, Cleobolus fuit ille venuffiffi-  
mus, cui poftea carminibus fuis ampliter Poeta fatifficet.  
Cæf. lib. 15. cap. 25. Antiq. Leff.

Conatu.

JOLAUS, quantumvis fenex, & doloribus confectus, tamen  
prodire in aciem cum Athenienfibus contra Eryftheum co-  
nabat apud Eurip. in Eraelid. Eum proinde famuli dehorta-  
tur: Agere fortiter tu non potes, cupere vero fortiffice. Item  
Chorus de eodem: Animum fortem quidem nondum fterem  
longævitas tuum, fed pubefcit: corpus vero evanidum effe.  
Minis.



Minis.

A ISTER ait, moris fuisse Athenis, ut cognati eorum, qui violenta morte perissent, in effereudo funere hastam adhiberent, aut in tumultu defigerent, eaque ratione interfectoribus ultionem denuntiarent. Suid. in voce *ἰσχυρῶν*.

PRÆTORES Atheniensium cum primum creati essent, patrum iustitiam quoddam concipiebant, in quo illud erat imprimis, se bis quotannis in Magaridem invaluos. Quod propter Anthemocritum præconem ab iis necatum, principio belli Peloponnesi, Charini decreto adiunctum, in Pericle scribit. *Plat. Sig. lib. 4. de Rep. Athen.*

ALEXANDER, & ARISTOBULUS cum indignè ferrent, Mariam matrem ab Herode patre Judæorum Regem interfecit, falso venefici crimine obiecto, minarentur etiam sese delatores perfidos, si quando rerum potuerent, e medio sublatores, Herodis foror Salome, frater Pherora, cum matre, & Antipatro filio ex alia uxore, sibi metuentes, falsis criminibus circumventos, quasi patri insidias fruxissent, ut ab Herode strangularentur, effecerunt. Sic infantes adolefcentes nimis erga matrem amorem perfundedit. *Jos. lib. 16.*

B DRUSUM filium inmittit, & sanguinaria natura Tiberius alloquens: Me, inquit, superflite nihil effices violentum: quod si ausus fueris, neque me mortuo. *Dion. lib. 57.*

OTHO Magnus Imp. auream sciam more veterum consulum præferri sibi vult, qua nocentes percuteret, Tenediam forte securum imitatur. *Cusp.*

Pollitione.

Cum OTHO I. Imp. exercitum duceret in Italia, procidit ad pedes ejus mulier querela, quod vim passa esset ad stuprum, rogans justam legem vindictam. Cum ille se sitinans educere, polliceretur in reditu se justitiam facturum: ejulans mulier, Quis tum inquit, faciet te Dominum meum atrocis injuria memorem? Tum ille suspiciens in proximam ecclesiam: Hæc, inquit, erit testis inter me, & te, & in signum justæ ultionis. Reversus ab expeditione, vice ecclesia, recordatus dilata questionis iussit advocari mulierem. Tum illa inquit, Vir, de quo sum olim quæsa, nunc meus est maritus: peperique ex eo, & injuriam abolevi. Non sic, inquit Rex: per Othonis barbam sentiet dolabrum: nam inter vos facta collusio, sacris legibus non impætat, iustique virum securi percussit. *Cranz. lib. 3. Metrop. cap. 12.*

Accusatione.

CATO minor, Quæstor creatus, scribarum principem admittit in hæreditate fraudis convictum exegit ætario. Alteri testamenti subiecti formulam intendit, cuius defensionem Luctatius Catulus censor obtulit se. Cui, cum eripere jure non valeret, precibus sui condonari reum postulant, non concessit Cato. Cum ille magis magisque contenderet, Turpe, inquit, tibi Catule est censori, qui vitas nostras probare debes, à ministris nostris de gradu dimoveri. Hac à Catone missa voce Catulus intuitu suo repositurum se præferebat aliquid, nihil respondit tamen: sed live ira, five pudore tacitus, atque deprehensus, abcessit. At ille non est damnatus tamen: verum cum una sententia superarent liberatorias damnatoris, neque ex collegis Catonis M. Lollius iudicio propter adversam valitudinem interesset: ad hunc allegavit Catulus orans, ut reum sublevaret. Qui læstica post iudicium advectus, liberavit eum sententia sua. Non est usus tamen Cato illo scriba, neque salarium ei solvit, neque prorsus ullam habuit Lollii sententia rationem. *Plur. in Catone.*

Pacis repudio.

Romani à TOTILA obsessi, Pelagium Diaconum miserat paucorum dierum inducias petiturum. Totilas jam sciens ex transfugis, quis esset rerum status in urbe: volentem exponere mandata prævenit, gravi oratione increpans Romanorum ingratitude, quod nulla apud eos esset memoria beneficiorum Regis Theoderici, & Gothorum gentis. Nullum se audire legationis verbum, nisi Romani, demolitis mœnibus, se in fidem victoris permitant, accepturi leges, quas victor imperaverit. Pelagius constanter respondit, quando quidem, inquit, Rex vocem legati audire non sustinuit, sed præcidisti omnem colloqui viam: ad Deum confugimus, qui solet superbis resistere. At paulò post urbem prodicionem cepit. *Cranz. l. 3. Suevic. c. 9.*

PERAGUNT VINDICTAM. EAMQUE VEL

*Precando, Imprecando, Devovendo. Consule Devotionis Tit. quatenus occurri exortur.*

Noc Cham. F. ob denudationem devovit. *Sab. lib. 3. cap. 3. ex Gen. cap. 9.*

LEONITUS, Tripolis Lydiæ Episcopus, filio unico, non optime spei puero, mortem precibus impetravit. Optimum ratus, cum ante susceptum aliquod dedecus defungi, lubricis vitæ casibus creperum. Eum certè vulgò Regulam Ecclesiæ vocabant. *Suidas.*

Cum OTHO precibus conjugis suæ Edithæ, quæ Albis flumine admodum delectabatur, urbem Magdeburgensem (quæ in eum usque diem piscatoris casus, ac villi quadam arce Burgavoriorum constabat) splendidioribus ædificiis exornasset: mundinis eam, quod mercatoribus eò commeandi facultas esset, eò loci commoditatem donavit, & amicum cum Bernardo Halberstadensi Episcopo egit, ut de suo agro portuiculam aliquam novo eederet Episcopo parati. At cum nec precibus nec placida adione quicquam posset, Episcopus capsi, ac Quedlinburgæ in vinculis detinere iussit. Aderat dies Dominicae cenæ sacra. Ibi Episcopus oratum, cujus in sacris prædicandis usus erat, in carcerem sibi afferri, & Imperatorem etiam vocari præcepit. Qui cum alius responso ab Episcopo jam non nihil emollito, se reportaturum speraret, statim comparuit. Ibi Episcopus in hæc verba prorupit: In nomine supremae Trinitatis anathematizo te, Rex, omneque tuarum partium, quod manum injeceris, & captivum detineas Christum Dominum. Itaque per omnem diecessem regi sacris interdictionibus ab Episcopo. *Cranz. in Saxonia lib. 2. cap. 7. in Metrop. lib. 3. cap. 10.* Imperator initio quidem hoc Episcopi fulmen ludibrio, & risui habuit: verum postea rem altius pendens, veniam ab eo petere non crubuit, nec deinceps ei molestus fuit.

SUENO. II. Danorum Rex, cum hæc Circumcisionis pervigilio, solenni convivio quorundam principum, clandestina obtrudatione parum honoratè de se habitum commiserisset sermonem, misit, quosdam matutino tempore intra Trinitatis adem oraturos confoderent. Guillelmus, Roskildensis Episcopus, rei aliqui familiarissimus, rem divinam facturus, non solum adveniantem regem occurrenti veneratione excipere superfedat: sed etiam à templi ingressu, lituo sacro submovit, carnisficem appellans. Nec tum oburgasse contentus, G aculeum virgæ pectori ejus infixit, & anathematis iussu per diras ei intencavit, Quamobrem infesto milium concursu petitus, applicatos cervicis suæ gladios contempit: tantumque se in deprecandis periculis gessit, quantum præbuerat in provocandis. Sed Rex milites à eade inhiabit, placatoque animo regiam receptens, regia veste deposita obsoleat accepit, & nudatis pedibus ad atrium regressus, in ejus se aditu prostravit, terramque suppliciter osculatus est. Antistes interim initio psallendi factò, cum Græcæ præconi sollemnem gloriam subnecteret, ex stipatoribus supplicem præ foribus regem adesse cognoscit. Clero igitur conticete iussu, cum Rex religioni sese satisfacturum promitteret, excretionem remissa patientem amplexus, absterfis lachrymis, depositisque doloris insignibus, & cultum, & animum regium resumere iussit. Deinde imperatis penitentia rebus, cantores in occursum ejus, quò ornatius exciperetur, procedere iussit: & venerabiliter exceptum, ad aram usque perduxit, & sacrum perfecit. Rex ipse, tertio demum die regio cultu ornatu, inter ipsa Missa facta excelam vadis partem confendit, silentioque per præconem indictò coram omnibus peccatum suum fassus, & H collaudata antistitis indulgentia, quò tanto crimini tam repente ignovisset, numeris loco stessica provinciæ dimidium Ecclesiæ contulit. *Saxo. lib. 11.*

Reprebendo, Objurgando.

Quòd asperius eorum multis PYTHAGORAS familiarem accepisset, dicitur adolefens laqueo sibi gulam fregisse. Inde Pythagoram referunt, neminem unquam præsentem castigasse alio. *Plur. de discip. adul.*

THEMISTOCLES, insultantibus ei Atheniensibus, Quid tu mutuantini, inquit, qui ab iisdem sepius beneficia accipitis. *Plur. in Apoph.*

POSTHUMIA Vestæ sacerdotem incestus accusatam Plutarchus tradit, tantum ob solutorem risum, & liberaiora cum viris colloquia. Sed absolutam, Pontifex Maximus Sp. Minutus admonuit, ne sermonibus uteretur, incul-

inculpatæ vitæ indecentibus. *Lud. Vives de Christi. fem. lib. 2.*

Diluciente alienatione à Cæs. Cn. Pompeii, cum Marcellinus quidam, quem fama erit fuisse à Pompejo provectum, decessisset ad Cæsarem, atque oppugnaret eum in senatu valde: Equid te pudet, inquit, Marcelline, insectari me, per quem ex mutò desertus, & ex famelicò naufragundus es effectus? *Plur. in Apoph. begm.*

AUGUSTUS Cæsar, tumultuantibus juventutis primores reflectere cupiens, ut non audierunt, sed obstreperunt: Audite, inquit, juvenes senem, quem senes juvenem audivere. *Plur. in Apoph. begm.*

Horatius lib. 2. Serm. Satyra 1. sic de seipso, cum reprehenderetur à quibusdam, quòd Satyricus esset, & quovis morderet:

— à pater, & rex  
Juppiter, ut percat postum rubigine telum,  
Nec quiquam noceat cupido mihi pacis. At ille  
B Qui me commovit ( melius non tangere, clamo )  
Flebit, & insignis tota cavabitur urbe.  
Commiro.

SAMSON Manue F. è tribu Dan, prodicione meretricis Dalitzæ à Palestinis captus, effossisque oculis Gazam perductus fuit. Ubi in ergatulum ad molendum detrusus aliquandiu miserè servivit. At renascente ipsi cæsarie, cum festum Dagoni solenne celebrare vellent, & in hoc Deo Israelitarum illudere, productum in theatrum Samsonem, ludere coram ipsis iussit. Is apprehensis duabus adium, quibus sustentabantur, columnis, eas tanta vi impulit, ut moriens tria millia Palestinorum secum rapuerit. *Jud. 16.*

Mortem non vindicando.  
JULIANUS Imper. non castigandum duxit Alexandrinum populum, quòd per urbem pedibus tractum Georg Alexandrinæ urbis Episcopum, vivum combusserat: quia Constantio rapaci principi, novas onerum imponendorum rationes, & commenta propulerat.

Dignitate privando.  
Violenter se in pectore universi Pop. ROM. odiosum gessit, eo tempore, quò suffragis ejus dedicatio oculis Mercurii C. M. Plethorio primipili centurioni data est: perterritis consulis, Appio Claudio, quòd obstitisset, quò minus ære suo alieno fuccureretur: & Servilio, quòd susceptam causam suam languido patrocinio protexisset. *Val. Max. lib. 9. cap. 3.*

Honorem non deferendo.  
MANLIO Torquato amplissimam, & gloriosissimam ex Latinis, & Campanis victoriam in urbem referenti, cum seniores omnes læticia ovantes occurrerent, Juniorum nemo obviam processit, quòd filium adolefcentem fortissimè adversus imperium suum praeliatum, securi percussum occidisset. Misertus sunt æquales nimis asperè puniti. *Val. Max. lib. 9. cap. 3.*

P. SCIPIO Africanus, cum post innumera forcia facta pro patria publicè accusaretur, quòd prædam Asiaticam non totam in ætarium contulisset: Linternum in villam suam secessit & an. stat. LIV. moriens, ossa sua Romam transferri vetuit. *Livius, & Plur. in ejus vita.*

Cum populus Atheniensis aliquod culpæ contraxisset diceretur, scripsit AUGUSTUS Cæs. ex Ægina, exilinare se, non latere ipsos, infensum se esse, neque enim hycaturum in D Ægyna se. Nec aliud ejus exitit in illos vel dictum, vel factum. *Plur. in Apoph.*

Invitant alios ad vindictam.

Ἐπιπροσχεῖται dicuntur apud GRÆCOS proscripti, in quorum caput pecunia pronunciat. Cum urbs, aut princeps aliquem alienæ ditionis sublatum volebat, interfectori, aut ei qui vivum eum adduxisset, pecuniam permittebat publico præconio. Ad hunc modum Græci, ei qui XERXEM, vel vivum, vel mortuum Athenas perduxisset, c. talenta promiserunt. *Suidas.*

Cum EPALTES Trachinius Xerxi, Lacedæmonios in Thermopylarum angustiis oppugnanti, indicasset tramitem, qui per montem ad Thermopylas ferebat, ubi ille Græcos circumventos ad unum interfecit: Spartani in caput ejus pecuniam sunt polliciti publicè. Tandem ab Athenade viro Trachinio Anticyra interemptus est. *Herod. lib. 7.*

PRIMACHUS in Chio servus fugitivus, cum audivisset Chios

magnam pecuniæ vim ei daturos, qui aut illum comprehenderet, aut caput illius afferret, jam senex amasium cogit se interficere, suumque caput Chiis afferre, mercedis causa. *Aibeneus lib. 6. cap. 7. ex Nymph.*

LUDOVICUS XI. & CAROLUS Burgundus in caput Ludovici Lucemburgensis, equitum magistris, inter se pacti fuere, ut uter eorum prior illum in potestatem redigeret, vel intra octavum diem supplicium de eo sumeret, vel puniendum alteri traderet. Utrique enim prodicionis nomine suspectus erat. Tandem à Duce Regi traditus fuit, deque eo Lutetia sumptum publicè supplicium. *Emil. lib. 10.*

In LAURENTII Medicis caput, qui Alexandrum principem cognatum per insidias interfecerat, septem aurocorum millia promiserat Florentini. *Sab. supplem. lib. 22. ex Favio.*

Vindictam alteri committunt.  
PLATO servo edaci, atque perditò succentens vocato fororis filio Speusippo: Abi, inquit, atque hunc cæde. Ego enim admodum ira flagro. *Plur. de Inst. liberis, & contra Coloten. Apertè vindicant.*

ATISLAUS Sueonum Rex, Frovinum Slevicensium præfectum singulari certamine opprefferat in Dania, Keto, & Vulgo in paternam ultionem conjuratum. Sumpta igitur leviori armatura, Sveciam solli petunt, ingressique nemus, in quo regem absque comite versari solitum fama cognoverat, tela abscondunt: inde cum Atislao conversati, cum ab eo, cujus patriæ essent, interrogarentur: Slevicenses se esse, patriamque cedis causa liquisse, asseruere. Quod rex eos non de patranti facinoris voto, sed de patrati noxa protulisse credebat, ea quippe fraude percontantis studium cluserant. Plurimum quippe deformitatis olim ab illustribus viris in mendacio reponebatur. Tum Atislaus seire se cupere dixit, quis Danorum opinione Frovini interfector crederetur. Tum Keto: Dubitari dixit, cui tanti facinoris claritatem arrogari conveniat, præsertim cum eum vulgò acie extinctum perhibeant. Respondit Atislaus, frustra aliis Frovini necem adscribi, quam ipse duntaxat altera manus consertione peregerit. Mox, an ulla Frovino soboles superesset, querit. Keto respondit, duos ejus filios extare sibi ætate pares, proceritate persimiles. Tum Atislaus: Simens, inquit, illis, ac virtus paterna inesset, acerba mihi tempestas ingrueret. Interrogante deinde eo, an crebam paternæ necis mentionem haberent? Keto, G quicquid remedio temperari non possit, supervacue verbis replicari, subjunxit. Cumque regem quotidie solitarium digredi viderent, armati cum consecrati sunt. Atislaus insidias animadversis, cum frustra auro vitam ab illis redempturum profiteretur: à Ketone provocatus, cum utroque se congressurum dixit. At quòd id parum honestum foret, Keto solus eum aggressus, idu vehementer in genu procubuit. Tum Vulgo fratri open ferens, Atislauum consecit. Corpus ejus, abscisso capite, equo impositum, proximis pagi incolis tradiderunt. Frovini filios paternæ necis ultionem ab Atislao Sueonum Rege exegisse testantes, *Saxo lib. 4.*

Vindictam ad alios transferunt.  
A. ad rom. I. a. d. d. rom. I. a. d. d. dicebatur olim, cum homo ATHENIENSIS extrà Atticam perierat, & ii, apud quos cades perpetrata erat, facinoris suspectum non debeant: lege permiffum erat, tres illius urbis cives perducere Athenas, cædis pœnas daturos. DEMOSTHENES in oratione contra Aristocratem. *Suidas.*

Quidam asinarum cedere volebat. At illo exclamante, CIVIS ATHENIENSIS sum: ad asinum conversus: Tu verò, inquit, civis non es ATHENIENSIS, cumque pulsavit, multa que verbera ingessit. *Plur. de Non irascendo.*

Occultè vindicant. Vindictam dissimulant.  
Vide Tit. Prudentia in vindicta persequenda: quatenus occultè sit, & dissimulante.

PIPINUS, Ansigis Ducis Austrasiorum F. ex Begga Pipini perbonæ partis Austrasie principis unica filia, & ab avo materno in nomen, opeque adoptatus, mira audacia fuit. Pater ejus Gunduinum ad summos militia honores promoverat, quem infantem expositum sustulerat, educaratque, ab eodem postea adolefcente interemptus. Parricidam se longinquo exilio tegetem Pipinus non magna manu, ne conatus palam fieret, ulterioremente ille semper conficeret fugam, sed uno tantum comite multorum dierum iter emensus, repentina, nocturna que via datus, in cubiculo ipsius, familiamque interemit. Nec audaciz consilium deerat: celeritatem præcipitibus rebus, constitutionem



Stationem immaturis, dubiis fortis animi, experientemque A adhibebat. *Emil. lib. 1.*

TIMORIS. VINDICTA HONESTE

NON DILATA.

TIRGATAO Mæotis nuptis Hecateo Regi Indorum, qui paulo supra Bosphorum incolunt. Hunc Hecateum ejectione regno reduxit Satyrus Bosphori tyrannus, suamque ei filiam in matrimonium dedit, priorem iubens interficere. Ille cum plurimum amaret Mæotim, occidere quidem eam non potuit, sed in munificentissimum castellum inclusam iussit in custodia vitam agere. Tirgatao clam custodibus aufugit, & pervenit ad Icomatas, ubi erat regia amicorum ejus, & cognatorum. Successori patris in regno nubens Icomatas ad bellum commovit, multaque bellicosissimas circa Mæotim gentes evocavit, in primis autem Hecatei regionem incurfionibus infestabat, Satyrique regnum vastabat: sic ut utrique, missis qui suppliciter rogarent, obidem Satyri filium Metrodorum darent, ac pacem peterent. *Polyen. lib. 8.*

SEMIRAMIS Assyriorum regina, cum ei circa cultum capitis occupatae nuntiatus esset, Babylonem descisse: altera parte crinium adhuc soluta, protinus ad eam expugnandam accurrit: nec prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam ardem in potestatem suam redegit. Quocirca statua ejus Babylonem posita est illo habitu, quo ad ultionem exigendam celeritate precipiti tetenderat. *Val. lib. 9. c. 3.*

C. JUL. CAES. audiens in Gallia aliquot militum agmina concisa esse, juravit se non ante capillos rasurum, quam ab intersectis pœnas repetivisset. Hæc res magnam ei benevolentiam omnium conciliavit. *Polyen. lib. 8.*

DILATA, DIU SERVATA, HONESTE.

ÆGYPTIORUM lex statuit, ut prægnans, si rei capitalis judicata sit, dum est enixa, in custodia habeatur. *Plutar. de Sera Dei vindicta.*

NITETIS Cyro Persarum Regi nupta, tanquam AMASIDIS Ægyptiorum Regis esset filia, patris Apriz mortem, qui ab Amaside servo occisus erat, longo post tempore ulta est. Cum cinim multorum liberorum mater esset facta, confessa est Cyro, Apriem suum patrem fuisse, Dominum Amasidis, itaq; pulchrum fore, quamvis jam mortuus sit Amasidem patris sui, in filio ejus Pfamneticho ulcisci. Morem ei gessit Cyrus: & licet in expeditione diem suum obierit, tamen Ægyptiorum imperium in Apriz stirpem vindicavit. *Polyen. lib. 8. Herod. lib. 3. pro Cyro Cambysen habet.*

SCEDASO Leuctricis Bœotius domicilium habenti filiz fuere Molpia, & Hippo. Eas jam nobiles Lacedæmonii homines, Parthenidas, Phrudarchidas, & Parthenius per vim vitiarunt. Puellæ tam insignem contumeliam minime ferendam ratæ, laqueo vitam finirent. Ipse etiam Scedaso, cum iudicium postulanti datum non fuisset, Leuctra reversus, voluntaria morte dedecus effugit. Huic Scedaso Thebanorum Dux Epaminondas victis ad Leuctra Spartanis, post multos annos parentavit, votaque nuncupavit: professus, prælium non magis pro Thebanorum salute, quam eam injuriam ulciscendi causa commissum iis. Conferta cum Spartanis manu, maximae assicte clade. *Pausan. in Bœot. Messenii tricentesimo exili anno, ab Epaminonda Thebano revocati, Messenem urbem ad Ithonem considerunt, & veteris odii memores. Spartæ capiendæ socios se Antigono Regi Macedonum, & Arato Sicyonio præbuerunt. Paus. in Messen.*

Persarum ira everfis sub XERXIS Athenis, Thais meretrix, impetrata ab Alexandro M. licentia, multis post annis, incensa Persepoli, talionem rependit. *Plut. in Alex. Diad. lib. 17.*

ALEXANDER M. capta TYRO, veteris impietatis causa, qua olim servorum conspiratione omnes liberæ fortunæ viri perierunt, servique uxores, & filias eorum, quos perdidit, duxerunt, omnes Tyrios ex istis servis longa serie progenitos crucibus, servorum instar sufficit, unica Scratonis, qui solus ex illa servorum tyrannide cum filio ob mite imperium remanserat, familia servata. *Sab. lib. 9. En. 1.*

IDEM BRANCHIDARUM urbem sustulit, civisque omnes sine discrimine ætatis delevit: quod templum Mileti eorum proavi prodidit. *Plut. de Tarda Dei vindicta.*

THEODOSIUS Magnus cum precipitantiã iræ Theffaloni-

ensis graviter afflixisset, legem tulit de differenda in tertium diem principum sententia, quo misericordie, vel pœnitentiæ locus daretur. Ipse quin etiam deinceps illud Augusto ab Athenodoro philosopho datum consilium secutus est, ut nihil iratus statueret prius, quam Græcos omnes literas recensisset. *Platina.*

CUM CLODOVEUS Francorum Rex, victo Syagrius, Ægyptii Regis F. Suesiones illi faventes diripisset: Rhemis finitima civitate temperatum fuit: nisi quod miles quidam Francus è templo calicem rapuerat. D. Remigius Episcopus sacerdos misit, quia de re apud Clodoveum licet gentilem agerent, causamque religionis Christianæ defenderent. Rex ipse in dividenda præda auctor erat, ut calix seponeretur Remigio reddendus. Miles ferociter negat religioni alienæ resistendum, bello, virtuteque partum: simul, ne quis furoris deforet, calicem hasta petiit. Dissimulavit in præsentia iram rex: restituitur calix sacerdotibus. Anno circumactum cetero referret exercitus, idemque miles in armis prodiret, tum Clodoveus hanc eam, quasi inspecturus comprehendisset, inutilem bello didicissans, in terram projecit: illumque evestigio eam tollere conatum, demittenteque se, clata alæ securi, quo teloretegebantur, in caputeque dejecta, stravit, repetitumque interemit. *Emi. 1.*

GEORGIUS Patricius Opitergium, cæterasque citrà oppidum Forojuli civitates nomine Imperatoris administrabat. Hic simulata amicitia Tatonem, Gistulfum Forojulensis Ducis à Cæcario casu filium, se filium adoptare velle, cædenda Longobardorum more barba, dixit, atque ipsum propterea Opitergium accessit. Ubi verò credulus ille cum Cæcario fratre, atque alio non indecore comitatu urbem inivit, continuo portas iussit claudere, atque in eos à parata armatorum multitudo impetum fieri. Quod ut Taro persentit, alacriter se cum suis ad prælium preparavit, ac varia per vicos, & fora urbis prælia, eaque haud incruenta commisit. Verum superantibus oppidanis, tandem ipse cum suis omnibus extinguit. Gregorius capite Tatonis ad de delato, ne peritus videretur, barbarum præcidit. Grimoaldus Longobardorum regno potius post l. an. Tatonem fratrem ulturus, Opitergium delevit, e jusque fines Forojulensibus, Tarvisinis, & Cænetensibus divisit. *Sigon. lib. 2. regni Ital.*

ROGATUS Cæs. Fridericus III. Viennensibus ab Mathia Corvino Ung. Rege obfessis auxilium mitteret: Patiantur, inquit, eam Viennenses incediam, quam suum quondam principem in arce obfessum perpeti coegerunt. *Bonif. lib. 6. Decad. 4.*

SEVERITATIS FRUCTUS

BONUS. PUTA

LIBERTAS.

Ex Tit. Tyrannidarum, huc quadam.

APPITUS Claudius Regillus decemvir legibus scribendis summa inter collegas auctoritate, Virginiam Virginii centurionis filiam in Algido militans ita amavit, ut clientem subornaret, qui eam curam se servitium depolceret: facile victurus, cum ipse accusator, & iudex foret. Pater itaque virginis, re cognita, cum in rem iudicii supervenisset, & filiam jam addictam videret: ultimo colloquio ejus impetrato, cum eam paulo remotius à turba seduxisset, occidit: atque corpus ejus humero gerens, ad exercitum profugit, & milites ad facinus vindicandum accendit. Itaque decemviratus tyrannicus H. sublatus est, Appius ipse in carcere expiravit. *Livius.*

MICHAEL Palatin. à Turcica tyrannide asseruat fortiter Walachiam: pristinaque libertati restituitur: eum non desissent ingratis nebuloque, qui in ejus tradendis, hostibusque prodendi caput, consilia occulta agerent. Id eum de Cancellario Kieffar immovent, Palatinus an. 1595. præfidia propè Danubium ad expectandum ex improviso irruentium hostium pluribus millibus firmat, patris, patriæque proditorum cum filio digna perfidia pœna discicare mandat, missoque addictæ militie præfatum nuntio, primarium quendam, & seniorum consiliarium Demetrium, ejusdem facinoris complicem, fabricum, & promotorem, ibidem vita privati præcipit. *Baltasar Valterus in narrat. Hist. Russeri.*

DIGNITAS.

RHACONES Persæ, ob severitatem erga filium in iudicio nunc cooptatus fuit ab Artaxerxe Rege. *Æl. lib. 1.*

Consulatur Locus de Crudelitate, Hereticis, Martyrio, Sibyllæ.

Sibyllæ.

QUÆ ET UNDE DICTÆ?

SIBYLLÆ dicuntur à *oio* & *bas* quasi consilium Dei datum: Item à voce Hebraica *Kibel*, recepit, accepit. Unde *Kabula* significat doctrinam traditam cœlestis. *S. Hieronym. tamen l. 1. cont. Jov. existimat dictas Sibyllas quasi *oio* & *bas*, xci *oio* & *bas*, ut consilium Dei, quasi sola dicitur nosse virginitas. Eolice enim *oio* vocatur Deus: & *oio* & *bas* consilium Dei. Fuerunt autem Sibyllæ non demonis, sed Dei prophetissæ, quæ merito virginitatis, ut asserit supra *S. Hieron.* donum prophetiæ adeptæ, de futuris, ac præsertim de Christo tanta prænotionis certitudine, ac claritate vaticinantur, ut præterita magnoscere videantur, quam futura. Fuerunt ergo Sibyllæ mulieres vates Deo plene, inquit *Diad. Sicul. lib. 5. Servius 4. Æneid. Laçant. l. divin. Insiuit.**

QUOT NUMERO. EARUMQUE NOMINA. QUANDO, ET UBI FUERINT?

Quæ, & quot Sibyllæ, quando, & quo loco fuerint, non conveniunt inter omnes. Collegit varias sententias *Ludovicus Vivus cap. 23. l. 8. Aug. de Civit. Dei.*

Martianus Capella duas tantum esse dicit, non decem, Erophiham Trojani Marmei filiam, quam eandem putat esse Phrygiam, & Cumam: alteram Symmachiam Hipporentis filiam, quæ Erythræ progenita etiam Cumis vaticinata est.

Plinius, auctor est Romæ trium Sibyllarum fuisse statuas juxta rostra, unam, quam Pacuvius Taurus ad pleb. instituit, duas quas M. Messala. *Solinus* eas nominat Cumanam, Delphicam, & Erythream Heriphilem.

Ælian. in *Var. hist.* quatuor ponit. Erythream, Samiam, Ægyptiam, Sardiniam. Istis aliæ duas addunt, Judæam, & Cumæam. *Varro in libris rer. divin. ad C. Cæsarem*, quatuor adjungit, ut sint decem.

Nunnulli Græcorum conati ex Sibyllis facere, quod de Jobibus, Herculis, & aliis, qui cum multi fuerint, & unicum tantum prodiderunt, varia de Sibyllis scribunt, & multum inter se discrepant. Alii eam Apollinis, & Lamie filiam volunt, alii Aristocratis, & Hydolis, alii Crinagoræ, alii Theodoti. Tum de patria non minus diffidentur. Sunt qui Erythram tradunt, sunt, qui Siculam, sunt, qui Sardinicam, sunt qui Gergethicam, sunt, qui Rhodiã, sunt, qui Libycam, sunt, qui Leucaniam, sunt qui Samiam, quæ omnia magna ex parte de Erythra opinati sunt, quam dicunt ante Trojana tempora fuisse.

Cæterum decem Sibyllas *Varronis*, recensendo, ut à *Lactantio* ponuntur, additis quibusdam, ut in resto planior fiat.

Prima Sibylla fuit Perfica, ejus mentem fecit Nicanor, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit. Hanc eandem Chaldaam esse dicunt, ab aliis Hebræam nominatur, cui proprium nomen Sambetha. Noe quæ urbs est propè mare rubrum nata, patre Beroffo, & matre Erymantha, ejus libri fuerunt quatuor, & viginti. De Christo Domino innumera cecinit, deque ejus adventu, cui cæteræ quoque Sibyllæ concinunt. Verus hujus passim legebantur imperfectæ: & interdum parum coherentes, vitio non vatis, sed exscribentium festinant, ita ut multa conjectura fit opus, quod non sine numine contigit, ne ab indignis illa vaticinia intelligerentur.

Alterâ Sibylla fuit Libycæ, ejus meminit *Euripides* in *Lamie Prologo*.

Tertia Delphica, de qua *Chrysipp. lib. de divinatione*, hanc putant Delphis natam dictam Themim, & vixisse ante Troicam excidium, ejus plures versus operis suo Homerum inseruisse crediderunt. Hanc *Diodorus* Daphnem Tiresia filiam fuisse refert, quam Argivi, cum Thebas vicissent, Delphos miserunt, ibique perituro divinandi Apollinis vaticiniis facta, Dei oraculo consulente edidit: idcirco Sibylla est ab omnibus cognominata.

Ferret & Daphne alterâ Ladonis Arcadis filia, Apollini adamatâ, quæ in laurum est versa, eum Deum averfaretur, & fugeret.

Quarta Cumæa in Italia, quam *Nævius* in libris belli *Punicis*, *Piso* in *Annalib.* nominat. Hanc alii Italicam nuncupant, ex Cimerio Campaniæ vicinia Cumis oppido.

Quinta Erythra, quam Apollodoros Erythraus affirmat suam fuisse civem, eamque Graiis Ilium petentibus vaticinam, & perituram esse Trojam, & Homerum mendacia scribit. *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.*

pturum. At vulgatiõ opinio est, hanc fuisse ante obfidium Ilii, sic *Eusebius* in primam ætatem urbis Romæ, regnumque E. Romuli refert.

*Strabo* verò non unam ponit Erythraam Sibyllam, nam præf. cam quandam facit, & aliam recentiorum Athenæ in nomine, quæ fuit Alexandri temporibus.

*Lactantio*, Sibyllam Erythraam Babylone natam esse ait, & sese Erythraam appellari maluisse.

Sexta Samia, de qua scripsit Eratosthenes in antiquis annalibus Samiorum se reperisse scriptum, dicta est nomine Pytho.

Septima Cumana nomine Amalthæ, quæ ab aliis Herophile, vel Demophile nominatur.

*Suidas* Herophilem dicit, eamque novem libros attulisse ad Regem Tanquimum Priscum, ac pro eis trecentos Philppæos postulasse, Regemque aspernatum pretii magnitudinem, & mulieris infamiam derisisse, illam in conspectu Regis tres combussisse, ac pro reliquis idem pretium postulasse. Tanquimum multo magis mulierem infamem putasse, quæ denuo tribus aliis exussis, cum in eodem perseveraret, motum esse Regem, ac residuos trecentis aureis emisse. Hujus facti meminerunt plerique Scriptores. *Plinius, Dionysius, Solinus, Gellius, Servius*, qui Tanquimo Superbo libros oblatos, non Prisco tradunt, & *Plinius* tres libros, non novem ponit, ac combustis duobus, tertium superfuisse.

*Suidas* novem libros scribit eam attulisse peculiarium oraculorum, hoc est, ad certum aliquem spectantium populum, sed combustos tantum duos.

*Solinus* hujus sepulchrum dicit vixi in Sicilia. Cæterum non hanc nominat Heriphilem, Erythraam namque nomen hoc dat, quam antiquiorem facit Cumana.

*Eusebius* Herophilem nec Erythraam, nec Cumanam autumat sed Samiam, vixisse; Numa Rege. Fuit & Eriphile Amphiarai conjux Adastræ, soror.

Octava Hellepontica in agro Trojano nata vico Marmiffo circa oppidum Gergethium, quam scribit *Heracides Ponticus* Solonis, & Cyri fuisse temporibus.

Nona Phrygia, quæ vaticinata sit Ancyræ.

Decima Tyburs nomine Albunea, quæ Tyburi colitur, ut dea, juxta ripas amnis Anienis, ejus in gurgite simulacrum ejus inventum esse dicitur, tenens in manu librum. Has Sibyllas tradit *Varro*.

Fuerunt & aliæ nonnullæ, ut Colophonica, quæ dicta est Lampusia Calchante nata, ejus vaticinia, & responsa vaticinae sunt olim lecta. Et Sibylla Elifia, & quæ etiam vaticinia extiterunt carmine.

Venit etiam in numerum Sibyllarum Cassandra Priami filia, quæ ruinam patriæ cecidisse dicitur, & dedisse responsa consulentibus. Et Epirotica Sibylla Thefprotia nata, quæ oracula scripsit, & Theffalica Manto Tiresia Thebani filia.

Postet & Sibylla dici Carmentis Arcas Evandri mater, & Fauna Fauni Regis soror, & conjux.

Dubitavit *Didius Grammaticus*, an Sappho Sibylla fuerit, ut est apud Senecam in studiis liberalibus: est ali eo loco non Sibyllam, sed publicam legunt.

Verum quænam fuerit Sibylla, ejus carminibus fata Romana continebantur, reliquiste Varronem ipsum ferunt, multæ Cumanam putant, ut Virgilius, qui eam Deiphobæ Glauci filiam vocat. Glaucus enim Vates fuit, qui artem Apollinem ipsum docuit, nisi quis Deiphilem malit dicere, nam & hæc ajunt libros attulisse ad Tanquimum Priscum, quos in se in Capitolio condiderit, quem *Solinus* dicit quinquagesima Olympiade rebus Romæ interfuisse.

VATICINIA DE CHRISTO.

Messie adventum non solum à Prophetis apud Judæos, verum etiam à Sibyllis feminis virginitate florentibus apud Ethnicos, Deus voluit nuntiare.

Unde Magnus Constantinus in oratione ad Sanctorum cœterum: Sibyllam, inquit, ego beatam puto, quam Servator vatem ad divinandam de sua in nos providentia delegit, &c.

Sibyllæ Paulus Apostolus apud *Clem. Alex. l. 6. Stromat. Hytaspem* adjungit, quæ apertè de Christo scripserit.

Quamobrem operæpretium erit, earum nonnulla vaticinia & gravissimis petita Scriptoris hunc loco conscribere.

De felicissima Christi ætate vaticinatum Sibyllam liquet ex illo carmine principis Poetarum:

Ultima Cumei venit jam carminis ætas. Descripserat enim Cumæa Sibylla felicissimam Christi ætatem, omnibus bonis spiritualibus redundantem. Eam ob causam